



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Incentivum Martyrii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XLVIII.

VULNERA CHRISTI.


Incentiuum Martyrii.

Ultra sanguinem non licet ad Verbum accedere. Clem. A.
 Croore respersum adamant oculi Incarnati Nu lex.
 Sanguis eius clamat & postula sanguinem, vul-
 nera, cicatrices. Est sponsus Sanguinis, non solum nos Exod. 4.
 sanguine redemit, & sanguine subarrhavit; sed vultet-
 tam nos sponsas sanguinis: neque cum alia in his Spon-
 salibus depollulat nos veste, quam cum veste aspera san- Apoc. 19.
 guine.

1. Sunt vulnera Christi veluti totidem ignitabula,
 quibus petra cordis nostri affricta accenditur in Marty-
 ri desideria. Benedicta vulnera, ferite brachio con-
 tento & tam efficaciter cor meum, tantumque in me
 martyrii amorem succendite, vt abundantior mihi do-
 lor sit caruisse martyrio, & absentiam carnificis suppleat
 torquendo desiderium.

2. His agebatur stimulis & incentiuis Pauli pectus,
 dicebat: Charitas Christi urget nos. Illa, nimirum, 1. Cor. 5.
 Charitas ostensa nobis in vulneribus Christi, quæ nos
 urget & impellit: & si unus mortuus est pro nobis, ergo
 omnes mortui sumus, & libenter ei commoriamur.

Vulnera Christi ferro percussa, plusquam ferrum cor
 nostrum concutiunt, & sancto suo Amore id feriunt,
 tali modo, vt qui eis se coniungere & vnire nequit me-
 diante morte compendiosa, iisdem semper
 vnitus viuat in diuturno quodam
 martyrio.



VULNERA
 CHRISTI

